



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Opvs De Iudiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet**

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos &  
Festos, ab ipso Auctore confectus

**Stengel, Georg**

**Ingolstadii, 1651**

10. Suspiciosus zelotypiæ effectus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45686**

eum. Qui si, inter coniuges, dissidiam fecit, vicit. Dissidij autem præcipua est causa suspicio fidei violata. 8. Denique & Deus, in pœnam, sæpe permittit, vt coniuges sentiant tribulationes carnis, inter quas non minima est Zelotypia, quæ cum sola cruciet, tamen multa secum trahit alia mala.

Poëta sanè fingunt, Circem veneficam, eum ægrè ferret Scyllam nympham à Glauco amari, fontem, in quo se illa lauabat, veneno infecisse, cuius virtute Scylla fit in monstrum marinū commutata. Quot viri faminæq; veneno pereunt, aut etiam ferro, ob criminis huius suspicionem? Quot, dum suspicionem tracti, curiosè in comparem inquirunt, morte luunt suam curiositatem? Cyanippum Thessalum vxor Leuconoa Zelotypa suspectum habebat, quasi in siluis aliud, quàm feras venaretur. Exijt, inter fruteta se abscondit; latentem, in venatione, canes inuenerunt, & tanquam in feram irruentes frustatim lacerauerunt. Ite curiosæ, state ad ianuas & fenestras, arbitramini maritorum colloquia; obseruate mutus; quid consequemini? Si canes vobis pepercerint, linguæ hominum lacerabunt. Suspectas enim & ipsas esse oportere dicent, quæ omnia suspicantur. Qualis enim quisque est, talem ferè & alterum censet esse. Bella est & alia fabula Cephali, inter venandum, Auram in refrigerium vocantis, quam cum vxor eius Procris Nympham esse arbitraretur, in virgultis se recondidit, contemplatura, cuiusnam virginis cupiditate Cephalus flagraret. Motis autem hinc inde virgultis maritus in his feram latere putans, emissio iaculo, coniugem inscius peremit. Tanti stetit diffidentia curiositas. Verùm hæc licet suspicio vxoruna æruerit, tamen illis, maritis non volentibus, conuegerunt. Multi suspicione præcipites, atque ira feroces in iniurias vindictas excanduerunt; & quidem magni, quos par erat, nihil gtaue, sine consilio, statuere; cuius rei supra in Ludouico Seuero exemplum deduximus, hîc autem aliud ex Imperatoria aula subiungemus.

*Cum, in florentissimo statu pietatis & pacis Augusti Theodosii Eudocia & Pulcheria, cum sororibus, Constantinopoli, versarentur, orbe terrarum tam iniustati exempli spectaculo percusso stupen-*

*reg*

X.

Ouid. lib. 7,  
Metam.

XI.

Matth. Ra-  
der. in aula  
S. Theodosij